

Nathan Chyträus

**Natalis Christi CI I XXCIIX. Carmine Anniversario celebratus à Nathane Chytræo.
Item. Precatio & gratiarum actio ad Deum, qua quilibet pius Natalem suum rectè
& meritò celebrauerit. Vnà cum aliorum carminum Sacrorum appendice**

Rostochii: Myliander, 1588

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1671162560>

Druck Freier  Zugang





A-2
A-3
A-4
A-5
A-6
A-7
A-8
A-9
A-10
A-11
A-12
A-13
A-14
A-15
A-16
A-17
A-18
A-19
A-20
A-21
A-22
A-23
A-24
A-25
A-26
A-27
A-28
A-29
A-30
A-31
A-32
A-33
A-34
A-35
A-36
A-37
A-38
A-39
A-40
A-41
A-42
A-43
A-44
A-45
A-46
A-47
A-48
A-49
A-50
A-51
A-52
A-53
A-54
A-55
A-56
A-57
A-58
A-59
A-60
A-61
A-62
A-63
A-64
A-65
A-66
A-67
A-68
A-69
A-70
A-71
A-72
A-73
A-74
A-75
A-76
A-77
A-78
A-79
A-80
A-81
A-82
A-83
A-84
A-85
A-86
A-87
A-88
A-89
A-90
A-91
A-92
A-93
A-94
A-95
A-96
A-97
A-98
A-99
A-100
A-101
A-102
A-103
A-104
A-105
A-106
A-107
A-108
A-109
A-110
A-111
A-112
A-113
A-114
A-115
A-116
A-117
A-118
A-119
A-120
A-121
A-122
A-123
A-124
A-125
A-126
A-127
A-128
A-129
A-130
A-131
A-132
A-133
A-134
A-135
A-136
A-137
A-138
A-139
A-140
A-141
A-142
A-143
A-144
A-145
A-146
A-147
A-148
A-149
A-150
A-151
A-152
A-153
A-154
A-155
A-156
A-157
A-158
A-159
A-160
A-161
A-162
A-163
A-164
A-165
A-166
A-167
A-168
A-169
A-170
A-171
A-172
A-173
A-174
A-175
A-176
A-177
A-178
A-179
A-180
A-181
A-182
A-183
A-184
A-185
A-186
A-187
A-188
A-189
A-190
A-191
A-192
A-193
A-194
A-195
A-196
A-197
A-198
A-199
A-200
A-201
A-202
A-203
A-204
A-205
A-206
A-207
A-208
A-209
A-210
A-211
A-212
A-213
A-214
A-215
A-216
A-217
A-218
A-219
A-220
A-221
A-222
A-223
A-224
A-225
A-226
A-227
A-228
A-229
A-230
A-231
A-232
A-233
A-234
A-235
A-236
A-237
A-238
A-239
A-240
A-241
A-242
A-243
A-244
A-245
A-246
A-247
A-248
A-249
A-250
A-251
A-252
A-253
A-254
A-255
A-256
A-257
A-258
A-259
A-260
A-261
A-262
A-263
A-264
A-265
A-266
A-267
A-268
A-269
A-270
A-271
A-272
A-273
A-274
A-275
A-276
A-277
A-278
A-279
A-280
A-281
A-282
A-283
A-284
A-285
A-286
A-287
A-288
A-289
A-290
A-291
A-292
A-293
A-294
A-295
A-296
A-297
A-298
A-299
A-300
A-301
A-302
A-303
A-304
A-305
A-306
A-307
A-308
A-309
A-310
A-311
A-312
A-313
A-314
A-315
A-316
A-317
A-318
A-319
A-320
A-321
A-322
A-323
A-324
A-325
A-326
A-327
A-328
A-329
A-330
A-331
A-332
A-333
A-334
A-335
A-336
A-337
A-338
A-339
A-340
A-341
A-342
A-343
A-344
A-345
A-346
A-347
A-348
A-349
A-350
A-351
A-352
A-353
A-354
A-355
A-356
A-357
A-358
A-359
A-360
A-361
A-362
A-363
A-364
A-365
A-366
A-367
A-368
A-369
A-370
A-371
A-372
A-373
A-374
A-375
A-376
A-377
A-378
A-379
A-380
A-381
A-382
A-383
A-384
A-385
A-386
A-387
A-388
A-389
A-390
A-391
A-392
A-393
A-394
A-395
A-396
A-397
A-398
A-399
A-400
A-401
A-402
A-403
A-404
A-405
A-406
A-407
A-408
A-409
A-410
A-411
A-412
A-413
A-414
A-415
A-416
A-417
A-418
A-419
A-420
A-421
A-422
A-423
A-424
A-425
A-426
A-427
A-428
A-429
A-430
A-431
A-432
A-433
A-434
A-435
A-436
A-437
A-438
A-439
A-440
A-441
A-442
A-443
A-444
A-445
A-446
A-447
A-448
A-449
A-450
A-451
A-452
A-453
A-454
A-455
A-456
A-457
A-458
A-459
A-460
A-461
A-462
A-463
A-464
A-465
A-466
A-467
A-468
A-469
A-470
A-471
A-472
A-473
A-474
A-475
A-476
A-477
A-478
A-479
A-480
A-481
A-482
A-483
A-484
A-485
A-486
A-487
A-488
A-489
A-490
A-491
A-492
A-493
A-494
A-495
A-496
A-497
A-498
A-499
A-500
A-501
A-502
A-503
A-504
A-505
A-506
A-507
A-508
A-509
A-510
A-511
A-512
A-513
A-514
A-515
A-516
A-517
A-518
A-519
A-520
A-521
A-522
A-523
A-524
A-525
A-526
A-527
A-528
A-529
A-530
A-531
A-532
A-533
A-534
A-535
A-536
A-537
A-538
A-539
A-540
A-541
A-542
A-543
A-544
A-545
A-546
A-547
A-548
A-549
A-550
A-551
A-552
A-553
A-554
A-555
A-556
A-557
A-558
A-559
A-560
A-561
A-562
A-563
A-564
A-565
A-566
A-567
A-568
A-569
A-570
A-571
A-572
A-573
A-574
A-575
A-576
A-577
A-578
A-579
A-580
A-581
A-582
A-583
A-584
A-585
A-586
A-587
A-588
A-589
A-590
A-591
A-592
A-593
A-594
A-595
A-596
A-597
A-598
A-599
A-600
A-601
A-602
A-603
A-604
A-605
A-606
A-607
A-608
A-609
A-610
A-611
A-612
A-613
A-614
A-615
A-616
A-617
A-618
A-619
A-620
A-621
A-622
A-623
A-624
A-625
A-626
A-627
A-628
A-629
A-630
A-631
A-632
A-633
A-634
A-635
A-636
A-637
A-638
A-639
A-640
A-641
A-642
A-643
A-644
A-645
A-646
A-647
A-648
A-649
A-650
A-651
A-652
A-653
A-654
A-655
A-656
A-657
A-658
A-659
A-660
A-661
A-662
A-663
A-664
A-665
A-666
A-667
A-668
A-669
A-670
A-671
A-672
A-673
A-674
A-675
A-676
A-677
A-678
A-679
A-680
A-681
A-682
A-683
A-684
A-685
A-686
A-687
A-688
A-689
A-690
A-691
A-692
A-693
A-694
A-695
A-696
A-697
A-698
A-699
A-700
A-701
A-702
A-703
A-704
A-705
A-706
A-707
A-708
A-709
A-710
A-711
A-712
A-713
A-714
A-715
A-716
A-717
A-718
A-719
A-720
A-721
A-722
A-723
A-724
A-725
A-726
A-727
A-728
A-729
A-730
A-731
A-732
A-733
A-734
A-735
A-736
A-737
A-738
A-739
A-740
A-741
A-742
A-743
A-744
A-745
A-746
A-747
A-748
A-749
A-750
A-751
A-752
A-753
A-754
A-755
A-756
A-757
A-758
A-759
A-760
A-761
A-762
A-763
A-764
A-765
A-766
A-767
A-768
A-769
A-770
A-771
A-772
A-773
A-774
A-775
A-776
A-777
A-778
A-779
A-780
A-781
A-782
A-783
A-784
A-785
A-786
A-787
A-788
A-789
A-790
A-791
A-792
A-793
A-794
A-795
A-796
A-797
A-798
A-799
A-800
A-801
A-802
A-803
A-804
A-805
A-806
A-807
A-808
A-809
A-810
A-811
A-812
A-813
A-814
A-815
A-816
A-817
A-818
A-819
A-820
A-821
A-822
A-823
A-824
A-825
A-826
A-827
A-828
A-829
A-830
A-831
A-832
A-833
A-834
A-835
A-836
A-837
A-838
A-839
A-840
A-841
A-842
A-843
A-844
A-845
A-846
A-847
A-848
A-849
A-850
A-851
A-852
A-853
A-854
A-855
A-856
A-857
A-858
A-859
A-860
A-861
A-862
A-863
A-864
A-865
A-866
A-867
A-868
A-869
A-870
A-871
A-872
A-873
A-874
A-875
A-876
A-877
A-878
A-879
A-880
A-881
A-882
A-883
A-884
A-885
A-886
A-887
A-888
A-889
A-890
A-891
A-892
A-893
A-894
A-895
A-896
A-897
A-898
A-899
A-900
A-901
A-902
A-903
A-904
A-905
A-906
A-907
A-908
A-909
A-910
A-911
A-912
A-913
A-914
A-915
A-916
A-917
A-918
A-919
A-920
A-921
A-922
A-923
A-924
A-925
A-926
A-927
A-928
A-929
A-930
A-931
A-932
A-933
A-934
A-935
A-936
A-937
A-938
A-939
A-940
A-941
A-942
A-943
A-944
A-945
A-946
A-947
A-948
A-949
A-950
A-951
A-952
A-953
A-954
A-955
A-956
A-957
A-958
A-959
A-960
A-961
A-962
A-963
A-964
A-965
A-966
A-967
A-968
A-969
A-970
A-971
A-972
A-973
A-974
A-975
A-976
A-977
A-978
A-979
A-980
A-981
A-982
A-983
A-984
A-985
A-986
A-987
A-988
A-989
A-990
A-991
A-992
A-993
A-994
A-995
A-996
A-997
A-998
A-999
A-1000

143p

A-5

A-13

A-14

A-15

A-16

A-17

A-18

63p Fwd

Am-4202¹-7. 8

- ND 76
- 1: P 4668
- 2: P 4675
- 3: P 4669

Donaum. In: Pastoris Schulte
Mittelf. für Biblioth.

XI. 13.

CTD

NATALIS
CHRISTI

CIO IO XXCIIX.

CARMINE ANNI
versario celebratus

à

NATHANE CHYTRÆO.

Item.

Precatio & gratiarum actio ad Deum, qua
quilibet pius Natalem suum rectè &
meritò celebrauerit.

Vnà cum aliorum carminum
Sacrorum appendice.



ROSTOCHII
Stephanus Myliander excudebat.



D. BERNARDO METELLO
MEDICO CL. S. P.

Celebraueram equidem, instituto meo
veteri & anniuersario obsecutus,
sub initia huius quoq; tanto tempore
uulgò formidabilis anni, Natalem
Iesu Christi Domini & seruatoris nostri: eiq; car-
mini titulum feceram **ΘΕΜΕΛΙΟΝ ΑΡΡΗ-
ΚΤΟΝ**, quod in eo saluberrimam & plenissimam
consolationis doctrinam de fundamento illo immobi-
li, & precioso Lapide angulari Iesu Christo, quem
unicum in omnibus aduersis perfugum & solatium
habemus, mihi tractandam proposuissem. Eidem au-
tem carmini intexueram famosi quoque huius anni
prognosticon politicum & Christianum, in quo cum
necessario vulnera quædam nostri sæculi duriusculè
attingenda fuissent; quorum, quantumuis omnibus
conspicuatorum, mentionem tamen aures nonnullorum
delicata reformidant: suaserunt mihi amici, ut eius
editione omnino supersederem. cum & ad bonos ta-
libus minimè opus esset; apud improbos verò nihil
his proficeretur: atq; ita ego frustra tantum niterer;
& labore illo meo nihil nisi improborum odia quæ-
rerem. incedens uidelicet, ut ille ait, per ignes sup-
posito

positos cineri doloſo. Id quod extreme demencie
eſſe, Thucydides ille noſter Romanus affirmare non
veretur. Huic igitur ipſi conſilio, cum minime vi-
deretur contemnendum; merito me obtemperare de-
bere cenſui. Ne tamen exiſtimarer hunc ipſum tam
celebrem annum, quaſi præ reliquis prorsus aſymbo-
lum elabi paſſus eſſe; per oeiſum, aliud quoddam,
quaſi prioris vicarium Elegdion in Natalem hunc
Chriſti composui: eiq; precatationes, gratiarum actio-
nes, & nonnulla alia poëmata mea ſacra, ut haſte-
nus quotannis ſolitus ſum facere, ſubiunxi. Quæ
tibi, CL. D. Metelle amicorum veterum cariſſime &
ſinceriſſime loco Strenæ Chriſtiane, & eius quidem
gratuitæ, & nequaquam, ut ferè iam ſit, inſidioſæ,
aut captatrici, conſecranda & inſcribenda eſſe, mul-
tis de cauſis exiſtimaui. Inprimis autem ut tu, qui
toties tuæ, hoc eſt Æſculapij Officinæ prouentuum
liberaliter me participem feciſſes; ex noſtro quoque
Odeo Muſis Chriſtianis ſacro *автѣдѣгов* aliquod
litterarium conſequerere. Quod ipſum quidem boni
ut conſulas, neq; alio quam à me proficiſcitur
animo, id eſt, quàm candido & ſincero, ac-
cipias, valde te oro. Vale. Roſtochia

Calend. Ianuarij. Anno

1588.

AZ

SYN

Σ Τ Ν Θ Ε Ω.
NATALIS D. N.
IESV CHRISTI
CIO. IO. XXCIIX.

STRENA CHRISTIANA
ad CL. V. DN. BERNARDVM ME-
TELLVM, ARTIS MEDICÆ
Doctorem, & Ill. Stett. & Pome-
ranæ princip. Medicum exi-
mum, DN. & amicum S. ve-
terem & præcipuum.

CHRISTVS IUSTITIA NOSTRA
VNICA.

HIC iaceo miser, & nulli miserandus Adami
Filius, ante oculos foetida massa Dei.
Mente animi prauus, vi vermis, corpore truncus,
Corde malus, cui per se neq; gutta boni est.
Stultitia est sapere omne meum: mea maxima virtus
Est nihil, aut si quid vel minus est nibilo.
Iustitiæ leuis umbra mea est pus, scybalon, hilum,
Spurcicies, fetor, quisquiliæ, sanies.
Gloria nulla mihi, species mihi nulla relicta est.
Sum pudor & probrum gloria summa mihi.
Ergo ita mancipium Satanae, mortisq; misellus
Mergor in infernos fulminis igne lacus.

Nulla

98
Nullo illinc precio, nulla reuocabilis arte,
Non prece, non lacrymis, supplicijsq; meis.
Numinis æterni offensam cum iure sequatur
Pœna etiam æternis iusta luenda rogis.
De me sic actum est igitur; spes nulla salutis
In cœlo aut terra iam superesse potest.
Eheu quid faciam? quo cor, quo lumina vertam?
Quenam erit in tantis anchora sacra malis?
Hæc Christus mihi solus erit, quo glorior uno,
Prouenit ex uno hoc, non aliunde, salus.
Ille, ego quod nequeo, potuit, poteritq; potestiq;
Filius idem hominis, filius ille Dei.
Verus homo, peccati expers, verusq; Iehoua,
Omnis principium, fons & origo boni.
Filius is Mariæ de carne & sanguine nostro
Conformis potuit legibus esse patris.
Conformisq; fuit lapsu nauoq; sine ullo,
Gratia quod nobis imputat omne Dei.
Ille idem nostris pœnam pro lapsibus ultrò
Vulneribus soluit supplicioq; suo.
Angores mortis nobis nostrisq; ferendos,
Ut nos ex illis solueret, ipse tulit.
Mortuus ipse inijt tristis penetrabile sepulcri,
Noxia ne nobis esse sepulcra queant.
Ex tumulo in cœlos redijt, sedesq; beatas,
Illarum ut nobis panderet ipse fores.

E caeli iudex paullo post arce redibit,
Totum ad se ut cogat pastor ouile gregis,
Cogat, & inducat secum in sacraria caeli,
Pausa ubi letitiae nulla perennis erit.
Sic igitur iustas irati numinis iras
Placauit duplici, numen & ipse, modo.
Obsequium prior; aequiualens poena est modus alter,
Perfectus numeris prorsus uterq; suis:
Obsequium quia labe caret, naeuq; sine ullo
Congruit edictis iustitiaeq; Dei.
Antilytron verò non est mortalis & aegri
Tantum hominis, verum & numinis antilytron,
Numinis aeterni, & veri viuig; Iehouae.
Hoc melius quidnam aut plenius esse potest?
Obsequium, antilytronq; istud iam munere Christi
Nostrum est, & nostro cessit utrumq; bono.
Quisnam igitur damnare illos crudeliter ausit?
Quos beat obsequio supplicioq; suo
Filius ipse Dei, par maiestate parenti,
Omnipotens, verax, & sine fine Deus.
Nemo equidem: tibi sit tua laus, tua gloria soli.
Qui solus nostra es gloria, vita, salus.
Tu largire idem quoq; corda fidelia nobis,
Languentemq; auge flaminis igne fidem.
Credere quae quouis vite in discrimine possit,
Crimina iam certo cuncta remissa sibi.

Inci-

Incipiatq; tuis conformem ducere vitam
Iusibus, & vetitis abstinuisse malis.
Quaq; adeo aeternas tanto pro munere grates,
Et sonet & resonet tempus in omne tibi.



PRECATIO
Natali cuiuslibet Christiani
congruens.

O Viue, o eterne Deus, pater atq; Iehoua
Vnice, tot meritis qui nos cumulare misellos
Nunquam intermittis. quisnam tibi dicere grates
Quas par est, & quas bonitas tua summa meretur
Ex animo possit? certe tua munera mecum
Si repetam, attentisq; animis & corde reuoluam:
Tanta ea sunt, ut si cunctis quis uiuo diebus
Prostratus iaceam ante tuos pater optime vultus,
Continuasq; tibi meditato carmine laudes
Dicere constituam; tamen illa equare canendo
Pro meritis nunquam valeam, millesima eorum
Cum nondum pars nota mihi sit forsitan ipsi.
Inprimis uero alme parens hodierna dies hae
Natalis mihi multiplici ratione requirit
Ut grates tibi letus agam, repetamq; quotannis,
Inq; tuas velut effundam me hoc tempore laudes.
Cum reputo tenerum ut mira ratione crearis,

A 4

Foro

Formarisq; adeo cara genitricis in aluo.
Formatum in latebris ut sustentaueris illis
Augustus usq; ad decimi confinia mensis.
Viq; tua velut ipse manu me eduxeris isto
E cœno, tetræq; graui squalore fuisse.
Omnia quæ meditata mihi, mentemq; animumq;
Conuincum satis, ut cogar cupiamq; fateri,
Te patrem, te custodem, Dominumq; fuisse
Tunc etiam mihi, quando mei, Deus alme, tuiq;
Ignarus plane, & clausus gestarer in imis
Visceribus matris trepidæ, huius nescius infans
Aëris, & lucis mundi, cœliq; sereni.
Iure igitur dum lingua mihi, dum vita manebit,
Hac grates tibi luce canam, ceciniq;, canamq;
Pro tantis in me ignarum, indignumq;, malumq;
Collatis meritis, & in his ante omnia, quod me
Materni è tenebris uteri, ceu carcere fœdo,
In tam difficili ingressu, duroq; labore,
Non ope seruatum humana, sed numine ab ipso,
E luxti tenero saluis in corpore membris:
Meq; hac tam pulcra & spaciosa in luce locasti.
Quod mox lactifluo binos è pectore matris
Pandere fonticulos placuit, quibus asitus infans
Pascerer infirmus, lacrymans, rerum omnium egenus,
Idq; adeo salua ex partu letaq; parente.
Quod me nasci hominem recta ratione valentem
Non brutum placuit: quod ijs sim natus in oris,
In quis

In quis voce tua sanctum tibi colligis agmen.
 Quodq; reum me peccati mortisq; tremenda
 Prognatum, sacra (multis id sepe negatum est)
 Et viuum licuit tingi baptismatis unda,
 Filiolumq; Dei fieri, caeloq; dicari.
 Quod me praesidio angelico flammam inter & undas
 Seruasti in vite tantis tam saepe periclis.
 Quod didici a patribus vite documenta beata,
 Notitiamq; Dei veri, aeternaq; salutis.
 Et quod in hanc bonus vsque diem de diuite dextra
 Et victum, & vestes dederis, lectumq; focumq;
 Assiduo lucentem igni. quod saepius agrum
 Seruaris fidus per certa pericula tutor:
 Indignum toties quod me cumularis abunde
 Tam raris variisq; bonis: auerteris ipse
 Tot damna & clades, quibus haec obnoxia vita est.
 Oro etiam ut nauos, lapsus, peccata benigne
 Condone misero: utq; eadem tua dona precanti
 Continues seruesq; mihi, renouesq; subinde,
 Ne cessans fieri melior, bonus esse remittam.
 Utq; hanc ingressum in vitam tum numine dextro
 Iuisti: sic egressum quoq; lumine blando
 Respice, & extremae quando mihi terminus horae
 (Quae quia vita breuis nunq; procul esse putanda est)
 Venerit, ipse adsis medicus mihi summus & vnus,
 Confirmans animos: cruciatus corporis idem,
 Angoresq; graues mortis, Satanæq; ferocis

A 5 Insul-

Insultus reprime: & tantis in fluctibus à te
Seruatam fidei scintillam ardentibus ipse
E cœlo inflamma faculis, ultroq; beata,
Nil quamuis merito, concedito gaudia vitæ, in
Qua meritum sine fine tuum, nomenq; celebrem.
Sic tibi laus, tibi summus honos, tibi gloria soli.

Hæc tibi commemoro, non, quod quis forte puta-
Cæcus amore mei; sed te quoq; mente fideli (rit,
Ut moneam, qua te deceat ratione modoq;
Natalem celebrare tuum, quacunq; per annum
Luce tibi, (pudor est illum nescire) recurrat.
Tu nostris his si nosti meliora, benignus
Imperti & facilis: si non; his utere mecum.

Idib. Martijs. An. 88.

Natali suo 45.

CVM CENTVRIONE.

Hunc quoties cœtum puerilem cerno, cathedræ
Aut quoties scando pulpita sacra meæ,
Officij; mei doceo ratione, simulq;
Præcipio quouis quæ facienda loco:
Quæ discenda piæ, quæ sint fugienda iuuentæ:
Et video obsequij signa decora pij:
Ausonio toties cum Centurione gemiscens,
Hæc mecum; O spretæ conditionis homo.
O miser, o subiecte alijs maioribus ipse,
Obstrictus fidei quis ratione tuæ es:

Et

Et quorum monita agnoscis, legesq; vereris,
 Iussaq; ceu par est, & sine fraude facis.
 Et tamen hic ingens numerus te respicit unum,
 Dicenti auscultat, iussaq; sponte patrat.
 Huc ades, inclamas; praesto est. abscede; recedit.
 Hoc age; promptus agit. desine; caepta iacent.
 Ergo tibi si mortali, noxisq; referto,
 Et terrae plus quam vermiculo misero
 Tot parent pueri ingenui, gens postera quorum
 Forte aliquos magnis annumerare viris
 Et volet & poterit; (neq; enim pia cura, precesq;
 Nec labor in domino noster manis erit.)
 Qua temet pietate Deo seruire decebat?
 Qua facere officij munia cuncta tui?
 Quam cautè fugere offensas irasq; Iehouae?
 Ad nutum cuius Sol, mare, terra tremunt.
 Praeterea tibi si placidè parere tot uni
 Non rennuunt, qui tot lapsibus aeger homo es;
 An nolem parere Deo mare, sidera, terrae,
 Et quidquid toto condidit orbe Deus?
 An nolem parere Deo pestisq; fameq;
 Ortaq; tam multis bella cruenta locis?
 An nolem parere Deo, venti; niuesq;
 Et pluuiae, & soles, veliuoleq; rates?
 An nolem parere Deo Satan ipse, tyranni;
 Exitium in parui qui colere gregis?

Hec

Heu nimium parui, sed Christo principe freti,
Et capite, & fido vindicæ, fratre, Duce.
Immo equidem parere volent: quos cogere nitu
Vno, si nollem, ipse Iehoua potest.
Ille suum quasi carnificem freno atq; carbenis
Cum socijs, satanam, continet usq; suis,
Multa reluctantem, sed numquam ad iussa rebellem,
Legibus inuitis imperijsq; Dei.
Hunc quoties libuit retrahens, facit irrita regum
Robora, & igniuomi flabra dolosa Papæ
Ipse Deus, dextra gestans mare, nubila, ventos.
Quo sine nec tecti passer ab arce cadit.
Non minimus de cæsarie turgente capillus.
Militat huic toto quicquid in orbe vides.
Si velit is, ranæ, culices, bruchi atq; locustæ
Plus poterunt Martis quam catapulta potest.
Hoc igitur freti ex animo letemur, & hostes
Vincamus precibus lacrymulisq; pijs.
Sunt animæ sanguis lacrymæ, placare Iehouant
Hanc præter nobis victima nulla potest.
Præ cunctis igitur reliquis hæc arma paremus,
Tendere quæ contra nullius arma queunt:
Quæq; Deus iubet inuicti letiq; feramus,
Non hæc tempestas turbida semper erit.
Ille ubi tempus erit non rebus inutile nostris,
Post imbrem hunc solis profretet ipse iubar.

Aut

Aut si quos etiam mortalibus euocet oris,
In cælo est nobis certa parata salus.
Huc tendens, ne cede malis, sed fide Iehouæ.
Dixit is & fecit, dicit is & faciet.

PRECATIO
ACAD. ROSTOCH. IN CON-
GRESSIBVS MEDICORVM SO-
LEMNIBVS.

Q Vis tibi pro bonitate tua, pro munere tanto,
Magne parens rerum, meritas persoluere gra-
Quis celebrare satis rector queat optime mundi (tes,
Virtutem laudesq; tuas? tu scilicet ille
Optimus es, mitisq; parens, & maximus idem,
Qui mundi in medijs defendis amasq; ruinis
Reliquias, gentemq; tuam, cui nobile præter
Manna poli, das humani qui corporis artus
Dinumerent; qui quo ossa loco, quo quaq; morentur
Visceraq; & nerui, & venæ cognosse laborent:
Qui florum, herbarum, radicum, indagine mira
Inquirant vires, vita mortalis in vsus.
Scilicet alma Hygiea suas ut figere sedes
Hic homines inter, nullis obnoxia morbis,
Inq; sua statione queat tranquilla morari,
Sobrietate potens, & non incauta futuri.
Aut eius si sceptrâ labent, ut arte modoq;
Fulciri queat, atq; in regna priora reduci,
Eiectis

Eiectis procul hinc morbis, contagio, veneno,
Innumerisq; alijs miserandi pestibus aui:
Quin mussante ipso busti sub limine letho,
Ereptumq; sibi crebro de faucibus orci
Indignante bolum, spe iam vehemente petitem.
Inuentum medicina tuum est, pater optime, plantas
Tu seris, & teneris cum floribus elicis herbas
Terrai è gremio. Duce te, teq; indice primo hanc
Per varios usus artem experientia fecit.
Tu quoq; terrificum passim Bellona flagellum
Dum quatit, affligitq; alios crudelis egestas,
Et pesti coniuncta fames; non protinus in nos,
Heu toties meritas, irarum effundis habenas:
Varniadum quando placide aspicias ipse Rosetum.
Defendisq; umbra manuum, hæc Academia pessum
Ne properet, superemq; rosas spineta tenellas.
Artis tu medicæ inuentor primarius ipse
Hunc quoq; cultorem Phæbi, blandaq; salutis,
Ipsa amarantheam nescit cui diua corollam,
Respice mansuetis oculis, ductuq; gubernata
Flaminis ætherei, mens sana in corpore sano
Multorum, ipsius ut maneat studio atq; labore:
Multi etiam ut, victis eius medicamine morbis,
Exsultent secum incolumes, dicantq; Iehouæ
Artis Apollinæ meritas pro munere grates.

ALIA EIVSDEM PÆNE
argumenti.

Christi

Christe Deus, fons doctrinae, sapientia mundi
Unica, siderea profers qui largus ab arce
Notitiam patris aeterni, vitamq; perennem:
Solutus & ingenuas, patronus amabilis, artes,
Cumq; scholis urbes & templa domosq; tueris.
Quis tibi tam magnis dignas persolvere grates
Pro meritis queat? inter nos oracula verbi
Caelestis vera quod cum pietate propagas?
Nec solum medicos animae, qui tristia succo
Vulnera caelesti recreent, sed & agra perite
Corpora qui curent, morbosq; expellere norint,
Tanto suppeditas numeroq; & munere nobis.
Quod linguas artesq; bonas, respublica quarum
Subsidijs eget, in summo iam flore locatas
Conseruas, cumulasq; nouis bonus incrementis
Quotidie: Roseaq; adeo quod mitis in urbe
Hospitium studijs gratum concedis: ut actis
Olim in Sidonia sedem victumq; dedisti
Thesbitae, cum tota fame Iudaea periret.
Et quamuis plures mereantur crimina poenas;
Quod dextrae tamen almae tuae protegit umbras;
Vincit & immensum nostros tua gratia lapsus.
O soboles patris aeterni dulcissime Iesu,
Imbue tu viuo pectus glaciale calore,
Ut tibi pro tantis, quas par est, reddere grates
Muneribus possit. studiorum protege lucem
Accensam, rectae quae norma & regula vitae est,
Qua

Qua sine Cimmerijs plena essent cuncta tenebris.
 Tu doctrina hostes cohibe, seu fraude dolosa,
 Seu vi barbariem accelerent, Sophiaq; ruinam.
 Tu rege curriculum mortalis flebile vitæ
 Luce Deus verboq; tuo, ductuq; perenni
 Flaminis ætherei, quem mens studiosa sequatur,
 Speratam donec liceat contingere metam.
 Sex etiam hosce viros, prompta tibi mente dicatos,
 Vsbus & patria cupidos seruire ministros;
 Siue operam illorum schola, siue Ecclesia; prudens
 Consilium siue ægrotans, aut pharmaca poscat:
 Quisq; adeo cedri & lauri de fronde coronam
 Cum Pietate Hygea parat, vi numinis auge,
 Et rege, cœlesti ut spectem ante omnia verum,
 Nominis & Domini cunctis in rebus honores.
 Vtq; simul propriæ atq; aliorum hinc inde salutis
 Vtiliter seruire queam. Tibi gloria, virtus,
 Maiestas, honor & laus sit sine fine perennis.

AD L. L. H. P. VIRVM
doctiss.

IN OBITU CONIVGIS

παραμυθητικόν.

QVam mirè humanis diuina potentia rebus
 Imperet inuigilans, & quam quis credere possit
 Cuncta regat melius, melioriq; omnia sine
 Terminet, intuitu quantumuis tristia primo;
 Res præter, variasq; vices & tempora mundi,

Coniugis

201
Coniugij quoq; fata docent, domuumq; piarum
Mœsticia, & tristes vertendi in gaudia lætæ.

Sæpe parens aliquis numerosæ pignora prolis,
Saspirans videt, & solertis more Philippi
Computat ad digitos, unde his alimenta ministret:
Vnde paret vestes: quid eis à morte relinquat:

Quid viduæ uxori: quanta cum dote maritum
Inueniat nata: sua quis post funera tutor
Sit soboli, uxoriq; suæ, domuiq; futurus:
Ceteraq; interdum quæ fontis acumen Adami
Suggestit inuitis etiam, quæ cardiognostes
Aspiciens ridetq;, & sæpius irrita reddit
Vel dicto citius, nam (quod Lamberte reapse
Testari potes expertus) vel funere acerbo
Præripit huic prolem, è multis vix una superstes

Vt maneat: vel consortem patri eripit agro,
Nullius dein argenti aut tutoris egenam.
Sæpius ipse pater tumulis infertur iisdem,
Et genio sibi fraudato quasita, relinquit
Heredi externo, & tanto non munere digno.

Sæpe etiam ingrato, & mentis melioris egeno.

Quanto igitur melius, seq; & sua cuncta Ichouæ
Credere perpetuis precibus! permittere cuncta

Illius arbitrio, & curæ fideiq; paternæ:

Inq; diem veluti sepositis viuere curis:

Et sperare Deum, dederit qui munera vitæ,

Concessurum etiam vitæ quæ postulat usus:

B

Muni-

Municumq; patrem, qui hodie miseratus abunde
Quod satis est dederit, tantundem, aut plura daturu
Cras quoq; prout placeat, nobisq; sit utile. quod si
Idem etiam uxorem a nobis natosq; reposcat,
Hac, qua lege dedit, qua nos & nostra tenemur,
(Vt Lamberte tua te nunc viduauit Aleida:
Dilectis me filiolis iam terq; quaterq;
Vt nunc, quamq; diu volet hos superesse Iehoua,
Quinq; mihi grauida nouies, quae gratia Christi est,
Tres nati, nataq; duae de matre supersint)
Aut grauiore etiam nos pressos mole fatiget;
In lachrymis ipsis, cordisq; dolore cruenti
Velle patri parere Deo, & bene nosse, quod ipse
Omnia sic curet, sic temperet omnia, pondus
Ne superet vires: quodq; ipsa aduersa piorum
Cogantur cuncta illorum seruire saluti.
Cum nihil ille pijs sinat euenire malorum,
Vnde bonum non ipse queat, cum complacet, apte
Elicere, & quasuis mutare in gaudia curas,
Aut hic aut superos inter. quis plura requirat?
Sed quoniam haec Lamberte tenes me rectius ipso,
Et facis; haud opus est, ut plura prioribus addam.
Cesso igitur, teq; inuiso commendo Iehouae,
Cum Sara, totaq; domo, quo antistite fretus
His ne cede malis, sed contra animosior insidat,
Donec te aeterna victoria fronde coronet.

IN SVVM PRECATIONVM VARIARVM
hinc inde collectum Libellum.

Qua brevis est penetrat sublime precatio caelum.
Christus & ipse breues imperat esse preces.

Sed sine mente sonos idem improbat ille, precesq;
Ex animo & fracto fundere corde iubet.

Quod si tale tibi cor sit; lingua absq; precari
Vel gemitu poteris lacrymalisq; Deum.

Nam cui cuncta patent, qui pectoris intima cernit,
Non eget indicijs admonituq; tuo.

Si non sit; chalybe hic opus est, qui in corde pyriten,
Scintilla ut latices egerat ille, terat.

Atq; id saepe quidem, nihil vnus proderit ictus.
Nec fomes semper siccus & aptus erit.

Illam igitur quo rite pares, his utere mecum,
Si libet, aut istis da meliora: licet.

Psalmographosq; imitare sacros, quibus arte precan-
Aut prior aut melior nullus in orbe fuit. (di)

Sic scintilla silens tibi iustum excrescet in ignem.
Quo tibi placabis vel sine voce Deum.

LYCHNVS ARDENS CHRISTO
comparatus.

Lux mundi est Christus, sed non brevis ista fugaxq;
Sed quae viuificum dat sine fine iubar.

Est tamen & Lychnus Christi morientis imago,
Sive illum ex cera sive aliunde pares.

Ille ut enim, tibi dum seruit, consumitur ipse;
Sic quoq; vult Christus, ne moriari, mori.
Hoc igitur quoties hec his utere memento, ut
Fiat hic igniculus magna lucerna tibi.

IN CYGNVM IOHANNIS
VVEIDNERI, VIRI
doctissimi.

Magna avis & grauis est innato pondere cygnus,
Sed nisu & penna præpete ad astra volat.
Vox alas animat vel in ipsa morte canora,
Cantor enim est cygnus funeris ipse sui.
Vite eadem nostræ ratio est. mens ardua sursum
Nititur, arrectas vox animatq; manus.
Ima tamen venter terrena mole grauatus
Cum desiderijs appetit vsque suis.
Hic opus hic labor est super ascuadere ad auras:
Hic opus est alis astrice cygne tuis.
Cygnus is est Christus, qui nobis funere in ipso
Prorsus olorum præcinit ore melos.
Flaminis hic almi nos tollit ad æthera pennis,
Et graue quod fuerat mox leue reddit onus.
Huc ergo euecti tandem, hic quod capimus asma
Pergemus læta voce sonare Deo.
O utinam properis mihi lux hæc ingruat alis,
Omnia dum pessum prorsus in orbe ruunt.
Hæc meditor VVeidnere tui doctissime Oloris
Dum nisum, & cygni ruminor asma mei.
Si me-

203
Si meditaris idem, en mentis cognatio nostræ
Sit quanta, in veræ pignus amicitie!

IN AVREOLVM DE CRUCE ET CON-
SOLATIONE LIBELLVM è Gallico
se interprete Germanicum.

Non sine lacrymulis scripsi hæc, & scripta proba-
Nunc quoq; multoties quæ repetita probo. (ui,
Sed vires parendi absunt. pigri instar aselli
Stat caro. stat nimius carnis amator Adam.
Idq; extra iactum teli. quid fecerit ille
Vndiq; telorum saucius imbre miser?
Viuifica o nostras cœlesti ardore medullas
Mi Deus, & socors ejice corde gelu.
Sic pia non tantum scribam: sed dissona quæ iam
Est, fiet scriptis consona vita pijs.
In me hic nulla boni vel gutta minuta, nisi à te
Defluat, o omnis fons & origo boni.

PRO SERENITATE COELI, FRVGVM
MATVRITATI & MESSI INSTAN-
ti necessaria. PRECATIO
Anno 1587.

Tristis hiems elapsa fuit, quia defuit orbi
Panis in innumeris, o Deus alme, locis,
Muneribus nunc terra tuis stat rursus amicta,
Ex oculis adimit quam numerosa seges.

B 3

Spes

Spes etiam agricolas iam pridem leta beault,
Et minuit diræ fontica flagra famis.
At nunc dum prope messis adest, vaga nubila riuos
Fundunt, & nimis terra madescit aquis.
Terra madescit aquis haud tantum: ast agmen inun-
Cœlestiæ passim iam sata mergit aquæ. (dans
Procumbunt spicæ segetum, culmo indita grana
Marcent, & radijs humida solus egent,
Scilicet irritant nostra istam crimina pœnam,
Regnans in media luxuriesq; fame.
Discimus hinc ô alme parens nihil esse, hominumq;
Te sine posse operas, vim, studiumq; nihil.
Te magnam retrahente manum, subito omnia pessum,
Quæ pridem usq; adeo prompta fuere, ruunt.
Care parens, æterne Deus, miserere precantum.
Nobiscum haud summo iure furenter age:
Retrahe iam minitans cœlesti ex arce flagellum,
Muneribusq; tuis nos sine quaeso frui
Ut decet & par est. tu turpem reprime luxum,
Cui comes est veluti debita pœna fames.
Reprime cœlestes, quos dudum depluis, imbres:
Elicæ & è nostris lacrymulas oculis:
Lacrymulas animi afflicti mentisq; cruorem,
Quis deploremus crimina nostra tibi.
Hic fuerit melior, nobisq; salubrior imber,
Qui cito cœlestes, te duce, sistet aquas.

PRO

284
PRO ANNI 87 MESSE
OPTATISS. ET VBERRIMA,
Gratiarum actio.

O Deus almae parens, omnis bonitatis origo,
Quis tibi pro pietate tua, rex summe, tuisq;
Muneribus dignas possit persolvere grates?
Mirari satis ex animo quis possit amorem
In nos magne tuum? qui quamuis munere simus
Indigni tanto, pravi ipsa à stirpe maliq; &
Crimina criminibus cumulemus, dira q; pœnis,
Supplicia, in flammis merito soluenda gehennæ:
Tu tamen esse bonus non desinis. Omnia pridem
Prædixere mala astrologi præsentibus annis:
Atq; etiam sero nuper cum vere tenellas
Vrebat segetes æstus: cum tu prece motus,
Mistiisti è cælo pluuias, quibus illico vires
Leta seges, floremq; suum rediuiua recepit.
Post paullo assiduo tellus velut imbre natabat,
Spem messis cohibens omnem, spicisq; nouellis
Pene ortum ante parans obitum. iam sole sereno
Aura calet, segetesq; suo bene percoquit æstu,
Aura fauens, miscensq; operis etesia flabra
Insontis Boreæ, fessis optata colonis,
Ardores minuendo acres messoribus atris.
Quis etiam Luna ipsa fauet, dum lumina nocti
Orbe dat impleto, & vetat indulgere sopori

B 4

Agri-

Agricolas, aliosq; æstiuo tempore segnes,
 Et bruma claudente solumq; salumq; rigore,
 Confugere assuetos aliena ad prandia fucos.
 Quin etiam nucleis fagos corylosq; tenellis
 Nutare aspicias, quercusq; ostendere glandes,
 Quæ passim porcis & apris sua pabula præbent.
 Exsuperam messes auidi quoque vota coloni.
 Deniq; quocunq; huc oculos aut vertimus illuc,
 Admiranda tui monumenta fauoris ubiq;
 Conspicimus, totoq; ideo tibi pectore grates
 Dicimus, oramusq; simul ne semper abuti
 Muneribus nos magne tuis patiaris, & illis
 Indignos nosmet sic reddere: quin potius tu
 Nos sine sine regis diuini flaminis aura,
 Vt quicquid loquimur, facimus, meditatur, id omne
 Sit placitum gratumq; tibi. tibi gloria soli.

IN AVARVM IDOLOLATRAM.

Τὸ θεῦ ἐὶόν Ἐξ οὐδ' οὐ εἶν εἰς διαβάλλον.

ACTO. 8.

CUr opibus male corrasis letaris Auare,
 Quis potius lacrymis prosequere miser?
 Tantas inter opes quod inops cruciari habendi
 Plura fame, & pereant ne male parta, metu.
 Sed male parta tamen male dilabentur, eruntq;
 ἡμεῖς magna tibi πῆμα ἡμεῖς magna tuis.

ME-

MEDICAMENTVM

Panchrestum.

Sermo Dei cunctis est pharmon utile noxis,

Sermo Dei ignaros erudisse potest.

Sermo Dei dubios certificare potest.

Sermo Dei errantes vera docere potest.

Sermo Dei infirmos fortificare potest.

Sermo Dei gelidis corda fouere potest.

Sermo Dei tristes exhilarare potest.

Sermo Dei letos continuisse potest.

Sermo Dei segnes excitulare potest.

Sermo Dei Satanae frangere tela potest.

Sermo Dei tumuli claustra aperire potest.

Sermo Dei exanimis viuificare potest.

Sermo Dei cali pandere regna potest.

ΠΑΡΑΓΓΕΛΜΑΤΑ

hodceporica.

Fide Deo, sis vere humilis, prodesse cuius,

Si licet, & nulli sit nocuisse labor.

Sedulus in proprijs, alijs aliena relinque,

Prudenterq; fides cui sit habenda uide.

Multa audi, dic pauca, tace abdita, discere minori

Parcere, maiori cedere, ferre parem.

Sobrius, & vigil, & verax simul esse memento,

Promptus amare bonos, & tolerare malos.

Inprimis reuerere Deum, qui cernit & audit

Omnia, quem peccans fallere nemo potest.

P 5

Hoc

Hoc faciens, poteris florentes, ut decet, annos,
Immo æuum in medijs tutò agitare Getis.

IN VIPERAM EX NAZIANZ.

Vipera numne paris? pario. tolera ergo tua ante
Quod genitrix moriens te paritura tulit.

IN HABRECHTVM.

O Miser, ó intus tibimet male conseie. numquid
Te euasisse putas ideo, phantasma secutus
Quod proprij cerebri, tibimet blandiris, et vlt. o
Quod plaudat tibi plebs, mendax quam fascinat vnt-
Et fucum facit ignare cui futile plectrum, (brá)
Et vani sine mente soni, sine corde loquelæ.
Falleris ó, fallisq; tibi si hæc somnia fingis.
Te Deus absoluat nisi temet iudice, numquam
Purus eris secleris: non, te licet omnibus undis
Abluat Oceanus: non, te si totius orbis
Absoluant homines. Iudex tuuus ergo deinceps,
Plus de corde tuo, quam tu tibi, credito nulli.

MARE HVIVS VITÆ.

Ærumnas mare designat dubiosq; labores,
In quibus attingunt littora tuta pij.
Merguntur simulatores pietatis et hostes
Cum socijs, telis, viq; dolisq; suis.
Testis erit rubris Pharaon miser obrutus undis,
Littora dum Mosen turba secuta tenet.
In medijs nunc gaude etiam grex parue procellis,
Æquora, sed Christo qui duce, vasta tenes.
sed

Sed tu cum rasisq; tuis crudisq; tyrannis
Corruiure breui, perfide Papa, time.

Effuso toties per te ebria terra cruore
Vlterius numquid talia monstra ferat?

AD SEIPSVM & CHRISTVM.

O Re crepas Christum: Christum te dicis amare.

Sed crucis ad Christi nomen inane tremis.

Quid faceres morti additus flammam inter & undas?

Aut viuis gelida iam tumulandus humos?

Quod toties Gallos, Belgas, fortesq; Britannos

Passos, in media scis cecinisse nece.

An tibi delicias, mundanaq; gaudia Christus

Spondebat, cum pars illius esse gregis

Inciperes olim? haud credo. crucis ergo quid umbra

Vsq; adeo trepidum te miserande facit?

Delicias nescit Christus, sed tempora spinis

Cingitur, & clauos quis fodiaris habet.

His sine si Christum exoptes umbraticus; erras,

Hoc quasi gestamen qui sibi semper habet,

Quo sine conspicitur nusquam, aut sese obuius offert.

Hunc ergo inuentum si retinere paras;

Cum Christo excepto rigidas simul accipe spinas.

Si spinas horres; die bene Christe vale.

Mens prompta est, infirma caro, dulcissime Iesu.

Me miserum firma flaminis igne tui.

Ne super impositum vincat mea robora moles.

Scilicet à te uno hoc non aliunde venit.

ODE

ODE VERNACULA

Ex dicto Hiobi 24.

Qui dicit regi, ô nequam; ô improbe, ingenuis. Qui
non accipit personam principum, neq; agnoscitur
nobilis præ tenui: nam opus manuum eius sunt
omnes. Momento moriuntur, & media nocte
commouentur populus ac prætereunt: & AMO-
VETVR FORTIS SINE MANV.

Im Thon/ Ein veste burg.

EIn starker Gott ist vnser Gott/
Darff keiner wehr noch waffen/
Wenn er den seinen hilfft aus noth/
Vnd will Tyrannen straffen.
Auch ihn nicht hindern kan
Sterck/ List/ Roß vnd Man/
Der Teuffel auch nicht/
Wiewol er sawr drumb sieht/
Muß ers doch lassen bleiben.
Ein Mensch wenn er sich rechen wil/
Muß er viel wonders machen:
Zusammen bringen Kriegpleut viel/
Wehr/ geschick vnd andre sachen.
Besorgen noch darbey/
Das er nicht sey frey/
Für mache oder list
Damit der Feind gerüßt/
Er muß auff beides wagen.

Also

Also ist aber nicht gethan
Vmb Gott vnd seine Kriege.
Er darff durchaus gar keine Man/
Kein wehr zu seinem Siege.
Auch ihn nichts hindern kan/
Wenn er sehet an/
Felit alles dahin.
Wer dorfft anschawen ihn/
Der nicht bald würde verzeret?
Auch darff er sich besorgen nicht
Für jemandes gwalt odr trefen.
Sein anblick alle macht zerbricht/
Kan alle list bald trencken.
Keins wagens er bedarff.
Sein pfeil ist so scharff/
So mechtig sein handt
Sich streckt in alle Landt.
Die wird gewiß obligen.
Odr wenn er ja Kriegfleutt wil han/
Widr Pharaons gleichen:
So müssen als bald auff die ban
Frösch/ Mücken/ Kefer/ schleichen.
Es können auch die Leuß/
Heuschrecken vnd Meuse
Gottes Kriegfleutt wol sein/
Mit grossem schmerz vnd pein
Herodis vnd seins hauffens.

Damit

Damit bewelst HERR Zebaoth

Das er seinr Feind nichts achte/
In dem er mit jhn treibt sein spott/
Vnd hönt jhrn pracht vnd machte.
Drumb poche nicht so frech/
O Herodis gschlecht/
Las sincken den muth/
Er kompt dir nicht zu gut.
Gott wird das Feldt behalten.

So lang der dir zu wider ist/
Welchs wert ohn alle massen/
Hilfft dich kein bundt/ kein gelt/ kein list/
Du wirsts wol bleiben lassen.
Vnd wenn nu kumpt dein zeit/
Die zwar nicht ist weit/
Gans plözlich er dich
Wird sturzen wunderlich.
Du wirst es Gott nicht wehren.

Darzu ist auch bereitet dir/
Das Hellsch fewr ohn ende/
Das dich wird quälen für vnd für/
O wehe das grosse elende/
Welches dir lindern kan/
Kein Psaff/ Weib noch Man/
Kein Ablass auch nicht/
Kein Mess noch ander gedicht.
Da mustu ewig brennen.

Trisch

Frisch aber auff du kleiner hauff/
 So Gott recht dient vnd ehret/
 Erheb dein herz gen Himmel nauff/
 Da dir dein hülf bescheret.
 Ob du wol wirst geplagt/
 Getreten / verjagt/
 Verzweiffle doch nicht/
 Gar nahe ist Gottes gericht/
 Der wirds ihn redlich zalen.


Vnd ob du wol nicht kanst verstehn/
 Vnd solsts auch nicht verstehen/
 Wies werd mit solcher hülf zugehn
 Darnach wir vns umbsehen/
 Gleich wie ein Lämblein zart/
 Welchs viel Wölffe gar hart
 Anschmauben mit zorn/
 Doch ist noch vnuertorn.
 Laß Gott allein hie sorgen.

Siehe gar nicht auff die grosse macht/
 Vnd anzall vnser Feinde/
 Wie Elisej Diener dacht/
 Da er sein leide beweinte.
 Sonder auff Gott allein/
 Vnd sein Himlisch gmein
 Der Engelen schar
 Hab acht in aller gfahr/
 Wer kan den hauffen zelen?

Gott

Gotts Allmacht noch ist vuerkurt/
Gotts Weißheit vnuerscher.
Der auch sein Feind vormals gefürcht/
Vnd ihm trus hat gewehret.
Derselb Gott auch noch lebt/
Vnd sters oben schwebt/
Ohn wandel er ist/
Ohn mittel selbst gerüst.
Er wird sein Feind wol finden.
Vnd ob du wol/ o kleine Herdt/
Nicht bleibest ungeplaget:
So fress dich doch/ es ist wol werdt/
Des Himels frewd sich nabet.
Die dir nicht mag enstehn/
Nach ihr du dich sehne.
Sünd/ Teuffel/ vnd Todt
Christ vberwunden hatt.
Tregt dich in seinen henden.
Daraus dich niemandt reissen kan/
Wenn auch die Welt zergenge.
Drumb im allein hang dapfer an/
Es muß dir gewiß gelingen.
Er kan als was er will/
Sein krafft ist ohn ziel/
Ohn lügen sein Munde/
Ihm traw aus herzen grunde.
Vnd sprich mit frewden AMEN.


F I N I S.



ter Ch...
s & ob...
Grac...
a.
ratio h...
s iullit...
por p...
tra a...
dit.
hi p...
ne...
ll th...
ude...
p...
teram...
c...
ca...

77







Trisch aber auff du kleiner ha
So Gott recht dient vnt
Erheb dein hers gen H
Da dir dein hülff besch
Ob du wol wirst gepla
Getreten / verjagt /
Verzweiffle doch nicht
Gar nahe ist Gottes ge
Der wirdes ihn redlich
Vnd ob du wol nicht kanst v
Vnd solsts auch nicht v
Wies werd mit solcher
Darnach wir vns vmbf
Gleich wie ein Lämble
Welchs viel Wölffe gar
Anschnauen mit zorn /
Doch iffs noch vnuerlor
Laf Gott allein hie sorg
Sibe gar nicht auff die grosse
Vnd anzall vnser Fein
Wie Elisej Diener da
Da er sein leide beweint
Sonder auff Gott alle
Vnd sein Himlisch gme
Der Engelen schar
Hab acht in aller gfabr
Wer kan den hauffen z

